



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvphrii Panvinii Veronensis Fratris Eremitae  
Augustiniani. De Praecipvis Urbis Romae  
sanctioribusq[ue] basilicis, quas Septem ecclesias uulgo  
uocant, Liber**

**Panvinio, Onofrio**

**Romae, 1570**

De oratorio S. Mariae Scala caeli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11316**

88 ONVPHRIVS PANVIN.

*Meruit Abbas hoc Nicolaus, ut sibi semper insit laus  
opere tali.*

*Cuncti deuoti sibi fuerunt, & preces dignas administra-  
uerunt homini quali,*

*Hæc reliquie sanctorum, hic degentium honorum pœ-  
nitendi spatium*

*Nobis, atque monachorum preces dent & angelorum  
in cælis consortium.*

*Stationes. Feria III. post Pentecostem. Feria  
II. post Dominicam tertiam Quadragesimæ. Feria  
quinta ante Palmas.*

*Præter caput s. Anastasij thecis ligneis deauratis,  
ibidem èt conseruantur capita s. Zenonis hoc in loco  
martyrio coronati, & s. Vincentij martyrum. Item co-  
lumna super qua sancto Paulo apostolo caput amputa-  
tum fuit.*

*Precandi formula.*

*Ad altare maius. Pater noster. Aue Maria.  
Antiphona. Verbera carnificum non timuerunt san-  
cti dei, morientes pro Christi nomine, ut hæredes fierent  
in domo domini, tradiderunt corpora sua propter deum  
ad supplicia. Versus. Exultabunt sancti in gloria. R.  
Letabuntur in cubilibus suis. Oratio. Deus, qui con-  
spicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus, concede  
propitius, ut intercessione sanctorum martyrum tuorum  
Vincentij & Anastasij contra omnia aduersa muniamur.  
Per dominum nostrum Iesum Christum.*

*De Oratorio s. Mariæ Scala cæli.*

*Eidem ecclesiæ imminet paruus collis cū exigua fon-  
te, qui locus Gutta iugiter manans uocabatur, in quo  
pro*

DE VII. VRBIS ECCL. 89

pro Christi fide VII. idus Iulij cæsi sunt. s. Zeno martyr, & cum eo decem millia ducenti tres Christiani: quorum ossa in proximo cœmeterio sub sacello rotundo & deuotissimo, quod s. Mariæ scala cæli, modo dicitur, requiescunt. Cuius dedicatio celebratur VI. Kal. Februarij. Vbi est altare cū operculo marmoreo quattuor pretiosis columnis sustentato, sub quo iacent corpora sanctorum martyrum. In oratorij absida musivea, extant signa, beatæ virginis Mariæ, & sancti Zenonis. In hac ædícula sepe s. Bernardus dum in Vrbe moraretur, sacra pro defunctis celebrabat. Quibus dum aliquando operaretur, in mentis ecstasim raptus, scalam uidisse fertur, qua e purgatorij igneis pœnis animæ eius suffragijs liberatæ, in cælis ab angelis deducebantur. Hinc sacræ illi ædiculæ, Scælæ cæli nomen indutum.

Præcandi formula.

Pater noster. Ave Maria. Antiphona. Tamquã aurũ in fornace probauit electos dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum, quoniam donum & pax est electis dei. Vers. Iusti in perpetuum uiuent. R. Et apud dominum est merces eorum. Oratio. Deus, qui es gloriosus in gloria sanctorum, & cunctis ad eorum patrocinia cõfugientibus, suæ petitionis salutarem præstas effectum, concede nobis, ut intercedentibus sanctis martyribus tuis Zenone & socijs decemmillibus ducētis tribus, æternæ beatitudinis præmia consequamur. Per dominum.

De Oratorio s. Pauli ad Tres fontes.

Hic locus antiquitus Massa aquæ saluiæ dicebatur. (Saluia porro gens Romæ nobilis, quæ Oibonẽ Imperatorem

tozem